ſubſtinet intellectus. Qui & in oppoſitũ te deducit: actio enĩ tũ rõnis quaſi
mobili/tũ mentis quaſi multiplex & finita ad aliquid mobile/multiplex fi
nitũ/quod principio eſt oppoſitũ/te retorquet. Actio igiẽ eiuſmodi cũ pri
mum intelligibilia per eã conſequutus fuerit poſt habenda eſt. Hucuſq; tan
tũ confert. Vlterius ĩpedit. Quẽadmodũ imaginationis uſus ad intelligen
tiæ principia cõfert. Vlterius obſtat. ¶ Confirmatur hoc etiã per platoni
cũ illud. Sol cõſpicuus in mũdo nobis eſt imago boni. Sol qdẽ tã uiſus ge-
nerat q̃ uidenda & ſuſcitat ad agendũ. cũq; oculis uidenda coniungit. Simi-
liter ipſum bonũ ad intellectus oẽs ĩtelligibiliaq; ſe habet. Hæc Plato cum
igitur intellectus nõ tã ſua q̃ diuina uirtute res conſequaẽ intelligendas cõ-
ſequens eſt ut nulla pœnitus facultate ſua bonũ ipſum aſſequi poſſit: igitur
deo frui non eſt ad deũ agere: ſed potius agi deo. Non eſt aliqd per ſe hauri
re/ſed aliunde prorſus impleri. Nõ eſt per intellectũ uerſari circa bonum:
ſed amore transferri. Atq; ipſa unitate noſtra intellectu ſuperiore ipſi uni
bonoq; pœnitus copulari. Vbi ſane animus omnẽ prorſus actionẽ affectio
nemq; & ad alia & ad ſeipſum iam depoſuit. Exuit & formã ſuã. Induit iam
diuinã: ut etiam Plotinus ait. Iamq; ſic agit ut deus ſicut aurum ignitum in
Apocalypſi celebratũ/agit ut ignis: & animatũ corpus ut anima. Atq; ani-
ma ſublimis intellectu formata/tanq̃ intellectus agit. Intellectus igitur re-
formatus in deum/agit deniq; tanq̃ deus.

¶ Aſcenſus ad deum per purgationem animi atq; per tranſitum intelligi-
bilium ſpecierũ. Fruitio dei per aliquid intellectu præſtãtius. Dionyſius.

Vre igitur diuinus Moſes diuinitus admoneẽ primo quidẽ ut mũ
i detur ipſe. Rurſumq; ut ſe ſeparet ab immundis. Atq; poſt omnẽ
expiationez buccinarum clangores uarios audit. Cernitq; lumina
multa puros atq; multiplices radios diffundẽtia. Poſt hæc a turbis uulgari
bus ſegregatur. Atq; cũ ſceleſtis ſacerdotibus ad diuinarum aſcẽſionum fa-
ſtigia ſeſe cõfert Ibiq; nõ cũ ipſo quidẽ deo cõmeritũ habet. Nec ipſum cer
nit. Nõ enĩ eſt uiſibilis: ſed locũ potius ubi ſtetit. ¶ Hoc aũt/ut reor ſigni-
ficat: diuiniſſima/& ſuppre ma queq; uiſibiliũ atq; ĩtelligibiliũ/eſſe rationes
quaſdã ſuppoſitorias ſignificaſq; eorũ/ quæ ſubiecta ſunt oĩa trãſcẽdẽti deo
per quæ dei pſentia oẽm intelligẽtiã ſuperans ſuper intelligibiles ſanctiſſi-
mo℞ ipſius locorũ ſũmitates ĩcedẽs. Tũc igiẽ ipſa quoq; uiſibilia & uiden
tia intelligibilia ue dimittẽs/ipſam ĩgrediẽ ignorationis myſticã reuera ca-
liginez. Vbi omnes cognitorias perceptiones excutit. Atq; in eo qui tactũ
pœnitus: uiſumq; refugit/iã cõſiſtit: totuſq; euadit ipſius qui oĩa ſuperemi
net. Tũc ſane nec ſui iuris eſt: nec eſt alterius. Sed ipſi qui pœnitus eſt inco